

T
e plectum. quod e' atra nufmili
gant. uenire. atque atra tenui
lat. quis atra illa uel negatur in p
pensate. & secund illi uincere distin
mysteriori uicaminationis domine
l
uepo mundi huius fac tionib. decti
aliqui immensu' labotremo. alii
latum licet mhabare. Q uae nū
tione uero te. ac tione uero iecu
immoderante incimberet. I nrecepta
nefia. I nullā te. e' rite
akus multa sua akus in cūtatio
Vnde dictum. At illi nec erit. s' abie
delegato que am māj. l patrapo
fieri isti plementi uiae. qdē minde
tatu ad suitatione. huius pte

F E I S M U T S E I E R S F E P P

CONTINENTUR HIC VOLUMINI
DUXCANI INDEX! SCOTI

Disputationes,

Theses Logicae.

Propositio[n]es Astronomicae de Dierum et Annorum differentiis
De facultate vegetante.

De Philosophia ejusq[ue] Instrumentis.

In XI. Meteororum de Misericordia e Disp. I.

In XII. Meteororum de Concordia . . . Disp. II.

Disp. Pathologiarum, I. de Morbis.

II de Cais Morboru[m] in gre.

V.

VI.

II X.

Disp. posterior de Praesagijs

De Peste disp. prior.

De Natura et Facultatib[us] medicamentorum.

De Compositione et Preparatione medicamentorum.

De Arthritide.

De ratione Purgandi.

De Phlebotomia, Hirudinib[us], Scarificatione

De Febris Naturae e disp. I.

De Febribus

II.

De Fibribus

III.

3.

DISPUTATIO
DE FACVLTA= ex alio loco natio p.
sapientis primus
Facultas vegetans op.
ad 25 aida P
TE VEGETANTE
EIVSQVE FVNCTIONI-
BVS,

*Proposita in Illustri Academia
IVLIA*

M. DVNGANO LIDDELIO SCÓ-
to Mathematum Professore,

*Quam publicè defendere conabitur
GEORGIVS RVMBAVM VR A-
tislauiensis.*

Erit disputatio 15. Septembris.



HELMSTADII
Excudebat Iacobus Lucius, Anno 1592.



THAT H
Viris
genere & virtute nobilissimis
DN. ANDREAE BVTNER
Philosopho & Medico excellentiss.

&
DN. VVOLFGANGO BVTNER
in Strelitz, &c.

Dominis ac patronis suis obseruandis
D. D. C.

R.



Theses I.



Vod Grecis Φύλον, Latinis planta dicitur, non
quidquid ex elementis concretione aliqua fit,
(ut metalla) intelligitur, sed tantum, quod de-
finita quadam materiæ generatione è terra pro-
ducitur, in eaq; nutritur & augetur, insitio
quodam ipsi vitæ principio.

2. Hoc insitum principium, quod ab Aristotele vis vegetans, & à Galeno naturalis dicitur, per se verò seorsim anima & natura plantarum vocatur, insitumq; gradum viuentium constituit: in alio quam physico organico corpore non erit, cui actu suo vitam, essendi nimirum continuationem & conseruationem tribuit. Nam quæ physica corpora organis destituta sunt, vitam non habent, & quæ organa physica non sunt, sed arte fabricantur, insitum vite principium non acquirunt.

3. Vita autem illa vegetatio dicitur, individui nimirum & speciei conseruatio continuatioq;, cuius principium anima, in quolibet viuente simplex & unica est, licet facultatum ratione, quas de se ad munera functiones promit, multiplex esse videatur. Quot enim sunt functiones, totidem illarum functionum, vnde procedunt, cause, quæ facultates dicuntur, erunt & totidem quoq; opera.

4. Facultates quidem animæ, quibus velut gradibus viuentia distinguuntur, primæ quatuor sunt, quarum præter intelligentem, quæ sensibus internuncijs & imaginatione vivitur, cætera ab organorum informatione, per quæ munera functiones intelliguntur & dependent: Omnia ista vegetans facultas, quia & perse separatim existit, & cæteris velut fulcrum substat, communissima erit, & functiones omni viuentium generi maximè necessarias habebit.

5. Functiones autem illæ animæ vegetantis primæ in corpora tres sunt. Nam primum nutrit, deinde auget, tertio simile animato corpori generat.

6. Vis autem nutriendis & augēns communi nomine altrix dicitur, quæ, licet oris prior sit, præstantia tamen & natura inferior generandi facultate existit. Nam altrice facultate ad tempus individuum conservatur, generatrice species perpetuat.

7. Harum functionum qualibet peculiare in animato opus, & unde proficiuntur, causam & facultatem habet, à qua facultate, ut producatur, tria requirit, materiam, instrumentum & facultates auxiliarias.

8. Materia & subiectum omnis vegetationis est alimentum, quo & nutritur & augetur animatum corpus primò, & ex quo proxima generationis materia, semen, procreatur.

9. Instrumentum, quo anima functiones illas in corpore proximè exerit, est calor insitus, cuig_z functioni propriè destinatus, sine quo ne vita quidem existere posset.

10. Subseruiunt, & ad has facultatum functiones perficiendas, & actiones & opera sua conferunt, in qualibet parte facultates quatuor, quarum prima, quæ insito appetitu naturæ sue conueniens attrahit, attractrix; altera, quæ attractum retinet, retentrix; tertia, quæ retentum insita vi immutat, concoctrix; quarta, quæ, quod iam molestum est, à se remouet, expultrix dicitur. Harum una vel pluribus labefactatis, vegetatio perfecta non erit.

De nutritione 11. Latissimè patens animati corporis functio est nutritio, omnibus animalium communis, quæ in angmentatione est, & in generatione quoq_z consideratur, licet ab utraq_z reuerà distingatur.

12. Cum enim corporis animati substantia, quæ continenter varijs de causis dissipatur, per se subsistere nequeat, animæ nutriendis facultas, quæ, quod assiduo illo defluxu deperditum est, restituit, & individuum, quantum naturæ conditio patitur, ab interitu vindicat, omni viventium generi semper necessaria erit.

Quare

13. Quare facultatis huius propria functionio, nutritio, nihil aliud est, quam naturalis partium animati corporis defluxus restauratio, ex alimento, in substantiam ipsius conuerso.

14. Ad nutritionem igitur tria primum per se concurrunt, quod conuertit & nutrit, animae facultas: quod conuertitur, & quo fit nutritio, alimentum: in quod fit conuersio, & quod nutritur secundum singulas sui partes, corpus animatum.

15. Ipsum autem alimentum per se corpus potentia animatum est, quod initio & actu dissimile, sed potentia simile est nutritio corpori. Proinde mutatione aliqua indiger, qua in actu ducatur illa potentia, & in substantiam nutriti conuertatur.

16. Quò verò ista conuersio & alimenti transmutatio fiat, duo in animato corpore necessariò requiruntur: instrumentum, nimirum calor, sine quo nulla vel concoctio, vel assimilatio fit: deinde facultates quatuor auxiliaria & administræ.

17. Calor ille non quiuis est, sed innatus, cuius animato corpori & singulis eius membris proprius, quo & in conuertendo & apponendo alimento anima utitur, qui, ut in plantis externo, ita in animalibus cordis calore fons est, & exuscitatur. Hoc instrumentum, cum materia non sit expers, ut mouet, ita mouetur, ac dispari modo corpus nutrit, nunc cum, nunc citra incrementum ciusdem

18. Ita autem actio subsidio quatuor facultatum ministrantium administratur & dispensatur, ad quarum functiones exercendas certa in corpore destinata sunt membra, quæ, quò animalia perfectiora sunt, plura, distinctiora & perfectiora reperiuntur. Alia enim attractum alimentum alterando preparant, alia inutile separant, alia suscipiunt, alia expellunt, alia salubres succos in omnem partem transmittunt.

19. Ac primum in animalibus perfectis harum naturalium facultatum triplex actio, & concoctionum sibi mutuo succedentium tres gradus sunt, quorum prior imperfectior semper est, &

posteriorum gratia desideratur: ultimus perfectus, ipsius nutritionis scopus. Igitur primi duo communes sunt, omnium partium usibus destinati: Ultimus unicuique parti propriè addictus, quo & nutritur & conseruatur.

20. In partibus enim solidis defluxus ille naturalis propriè existit, unde ex defectu alimenti, siccii nimirum humido contemperat, appetitus oritur ad quem reparandum à venis partes illæ alimentum attrahunt, & à ventriculo, communī receptaculo, vena. Vbi, si humili fuerit defectus, sitis; sin siccii, fames in animalibus excitatur.

21. Imperfectissimus igitur ac primus concoctionum gradus in ventriculo est, ac χυλωσις dicitur, quando alimentum, per os assumptum, in ventriculum, commune receptaculum, delatum, calore ventriculi in succum, tremori prisanae non absimilem, conuerititur; cuius, dum in intestina protruditur, melior portio per venas mesaraicas attrahitur, impuriori parte, siue fecibus per secessum rejectis.

22. Quæ huic succedit, οἰμάτωσις dicitur, ubi illa chyli portio, per venas mesaraicas attracta & preparata, adiecur deferatur, eiusq; insita facultate in sanguinem transmutatur: in qua transmutatione tria excrementa occurrunt, quæ ad certa membra distribuuntur, nimirum bilis flava, quæ ad vesiculam bilis, & nigra, quæ ad lienem relegatur, ac serum, quod cum sanguine, cuius vehiculum est, in venam cauam delatum, ad renes percolatur, & in vesicam defertur.

23. Ultimus gradus, quo superiores velut preparationes referuntur, in substantia solidarum partium est, ac in habitu corporis, ubi propriè nutritio dicitur: dum ex venis alimentum attractum & preparatum apponunt; deinde quod nulli superiorum euenit, primum agglutinant, deinde assimilant. Cuius concoctionis, que circa partes sunt, sudor & insensibilis transpiratio, excrementa dicuntur.

24. Cum autem sine calore, à corde infuso, in animalibus nulla ve-

nulla vegetatio fiat, adiuncta illis alia est facultas, quae, quid ceteras conseruat, ac spiritu suu renui sanguine, qui vehiculum est caloris, in corde genito, indeq; per arterias, quæ penè semper cum venis continuantur, in omnes partes diffuso, partes illas tuetur, operosas & ad nutritionem aptas reddit, ac viuificat, vitalis facultas dicitur.

25. In imperfectis quoq; animalibus proportione quadam his similia sunt. In ijs vero, quæ terre affixa sunt, & nullo sensuum apperitu ad obiecta alimenta mouentur, hec organorum distinctio non occurrit, sed plantæ caloris externi adiumento per radices ex terra, velut ventriculo, alimentum conueniens ad partes vicinas, deinde remotas transmittunt.

26. In omnibus igitur his, illa absoluta nutritio erit, quando nutrimentum primò debitè preparatum & appositum est, deinde sic agglutinatum, ac tandem ita assimilatum, ut corpori nutritio prorsus uniatitur, eiusdemq; naturæ sit.

27. Corporis autem animati, quæ propriè nutriuntur, sunt partes solidæ, in quibus functio, impropriè spiritus & humores, instrumenta functionum. Illæ, si copiosiori alimento restauratae, quam quod calore absumente deperditum est, non modo animatum nutritur, sed etiam augetur.

28. In omni quidem augmentatione nutritio est, à qua ratione & tempore discernitur. Nam nutritio cum animato corpore incipit & desinit, & substantiam numero unam conseruat: sed per accretionem, cui decretio opponitur, quantitas subiecti, auctis in omnem dimensionem primùm similaribus spermaticisq; partibus, deinde dissimilaribus, augetur, ad determinatum cuig; animato corpori tempus, quo consistentia eius definitur.

29. Est autem accretio insitæ magnitudinis accessio, in singulis corporis animati partibus, per extensionem ex alimento in substantiam conuerso, termini à natura præfixi gratia.

30. Proinde in accretione tria erunt, primùm corpus animatum,

matum, unum idemq; numero manens, cui secundum omnes il-
lius partes, sed primum spermaticas, sit accessio, deinde alimen-
ti copiosioris in illis partibus restitutio, tertio facultas auctrix,
que impetum caloris insiti dirigit, & ad conuenientem illi ani-
mato corpori terminum & quantitatem, quae anum & consi-
stentia dicitur, promouet.

31. Verum accretio mutatione aliqua animæ altricis non
existit, sed corporis tantum animati, ratione insiti caloris, hu-
midum depascens, à quo progressu temporis cum humido sub-
inde diminuitur, unde corpus siccus, & ad extensionem ac in-
crementum ineptius efficitur.

32. Nam prima ætate ob caloris natiui vehementiam, par-
tes animati plurimum alimenti transmutant, & ob humidi co-
piam quoquò versum extendendo in sui substantiam facilimè
conuertunt, & incrementum celerrimè assumunt

33. Verum humido progressu temporis diminuto, ultra na-
turalis defluxus restitutionem, subinde minus minusq; partib.
ad anum usq; adiicitur, residuo alimenti aut in semen, aliag; eius
generis transmutato, aut acri illius ætatis calore dissipato. Tan-
dem vero paulatim ex defectu humidi tabescente calore senium
introducitur, unde functionibus omnibus labefactatis, cum
squallore partium omnium, mors naturalis necessario sequitur.

de vita lon-
ga & bre-
ue 34. Omnibus quidem animatis mors, ut vita communis est,
propter duplia contraria, nimirum quibus constant elementa,
& quæ gignunt, excrementa: Omnia tamen similis etatim
decursus & vitæ terminus naturalis non est.

35. Cum enim vita in calido humidum depascente, & sibi
interitus causam adferente, consistat, quæcumq; has qualitates
diutius conseruare possunt, longioris vitæ erunt. Diutius au-
tem conseruant, si humidum illud calidum, & quantitate copi-
osum, & qualitate temperatum, scilicet pingue & aërum,
minusq; aquosum fuerit.

36. Deinde quibus excrementa pauciora coaceruantur, &
in libi-

in libidine minus prona sunt, ac, ut rem in pauciora conferam,
quibus calidum illud humidum paucioribus de causis, & minus
dissipatur, aut suffocatur, pauciora sunt. Dissipatur autem &
xata uigoratu extinguitur multis & assiduis laboribus, inedia,
graibus curis, solitudinibus, & similibus, suffocatur, & na-
la σβέσι opprimitur calor desidiè, ingluie &c: quibus excre-
mentorum copia coarceruatur.

37. Eorum vero quæ ex terra nascuntur, & in primis quo-
rum plures maioresq; sunt radices, quam aliorum, ut plurimum
diurnior est vita, partim ob humidum minus aquosum, quod
neq; calore externo facile exiccatur, neq; frigore congelatur:
partim quod alijs atq; alijs arescentibus partibus nouæ succedant.

38. Cum igitur animata omnia connatas interitus surau-
sas habeant, & tamen aliquo velut diuino instinctu esse perpe-
tuò appetant, alia insita illis facultas est, nimirum procreatrix
qua quodlibet unum perfectum sibi simile gignit. Nam imper-
fecta in suo genere, ut muli, & alia, quæ ex variarum specie-
rum commixtione, ac quoq; quæ ex putredine nascuntur, ista
facultate destituuntur. Nam si quid gignunt, dissimilis naturæ,
& sterile ferè semper existit.

39. Generatio itaq; omnis aut uniuoca, & homogenea est,
quæ simile sibi simile, ijsdemq; facultatibus praeditum, gignit:
aut equiuoca, quæ dissimilis naturæ animatum vel ex dissimili-
um commixtione vel ex putredine producitur.

40. Illa omnium facultatum naturalium diuinissima est,
& verè Φυσικῶν dici poterit. Nam formam, que natura ma-
gis magisq; diuina est quam materia, ab interitu vindicat, eamq;
perpetuitatem rebus animatis, quam consequi possunt, attribuit.

41. Procreationis huius prima principia duo sunt, quorum
unum formæ, & propter duarum efficientis causæ rationem ha-
bet, mas, qui facultate sua in alio gignit; alterum subiecti &
propter adiuvariam materiæ rationem habet, fœmina, que in se.
ipsa gignit. Hæc duo subiecto perse in plantis distincta non

B

sunt

sunt, sed quod utriusq; congressu in animalibus efficitur, in plantis miscetur.

42. Proximum procreationis principium est semen, ex utili alimento genitum, τεχνική γένος οὐρανοῦ φύσης τούτου συγχάρτης, quod in testibus & maris & feminæ gignitur. Sed quod in feminis gignitur, imperfectius est, & velut alimentum aut materia semini maris, quod non sine genitura proprie dicitur, à quo principium motus. Quorum duorum dum ab utero amplectuntur, excitantur & fountur, commixtione, nuptia fit & constituitur quod & semen interdum vocatur.

43. Vocabulum præterea seminis duo significare videtur, unum σῶμα σωματοῖς & ὄγνυ, siue τεχνικά σωματικοῖς & ψυχικά τοῖς προστέλλεται τοῖς αὐτοῖς, nimirum humorem, qui in gignentibus excernitur: ex quo basis & initium partium spermaticarum in fætu est.

44. Et quia humor ille est ψυχικά τοῖς προστέλλεται τοῖς αὐτοῖς, à tribus illis fontibus & principijs, in quibus spirituum omnium perfecta abundantia, concoquitur, materia seminis primariò in animalibus erit, nimirum ex cerebro, corde & iecore, quam postea vi insita attractam testes perficiunt, & spiritibus, quos à toto corpore accepit, permistis, in semen transmutant, adeò ut semen illius animati corporis, omnibus viribus ornatum, aptum fiat, ut similis naturæ animatum producatur.

45. Propriè vocabulum seminis generandi facultatem significat, τὸν αὐτὸν τὴν γεννῶντας τὸ πρώτον ἔχον αἴρεσθαι. Hæc vis in illo seminis corpore continetur, & ad corpus nascentis fætus se habet, ut ad dominum faber, ad lac coagulum.

46. Igitur in conceptu duo sunt, primum materia ex qua spermaticæ primæ partes procreantur: deinde instrumentum, qua & alterata illa materia & ritè disposita, conuenienti figura & forma exornatur, nimirum spiritus, qui in semine, spumante corpore, continetur, siue calor cœlesti proportionalis.

47. Ipsa verò vis plastica nihil aliud est, quam virtus quedam, di-

dam, diuina benedictione gignentibus insita, sed semini, proprio instrumento, communicata, ut illa impressa motione, sine qua semen potentia tantum est, simile animatum gignat & producat.

48. Producitur autem animatum, quando à matrice, vel quod matricis rationem habet, facultas alteratrix & formatrix in semine exuscitatur, à quibus deinde ex illa seminis materia partes primæ adumbrantur, ac tandem ministerio facultatis nutriticis & auctricis, quibus nutriuntur, augentur & inuestiuntur, debita figura & forma omnes & singulæ partes exornantur.

49. Omnium tamen animorum prorsus eadem procreacionis ratio non est. Nam primum ex animalibus alia viuipara sunt, quæ viuum animal pariunt: alia ouipara, quæ ova in lumen edunt, ex quo postea animal foris excluditur: quadam vermiculum pariunt, ex quo tertia velut generatione animal producitur.

50. Deinde ex viuiparis alia uovópora, quæ ob naturæ perfectionem calidi & humidi aërei (à quo vita) copiam uno conceputu & matrice citra ovi interuentum, animal, ut supra dictum est, pariunt, qualis hominis & quadrupedum pilosorum, delphini & cetaceorum generatio: alia diuina, ut pisces cartilaginei & viperæ, quæ intra se ova primò gignunt, ex quo, nono velut conceptu, animal procreatur.

51. Ipsa quoq; ouipara diuersi generis sunt. Alia enim perfectum edunt ova, quod ab extra neg, augetur, neg, absoluuntur, ut aues, & quadrupedes duro corio tectæ; alia imperfecta oua producunt quæ foris semine maris subsequentis fæminas parientes, augetur, & absoluuntur, ut pisces omnes, præter supra dictos.

52. Quod ad viuipara uovópora attinet Dum viriusq; sexus prolificum semen à matrice attractum, retinetur, & facultas plastica, illi insita, ad munus suum obeundum exuscitatur, con-

plastica, illi insita, ad munus suum obwendum exuscitatur, conceptio fieri dicitur.

53. Munus autem eius est, ut in illa seminis materia, spiritus vehiculum facultatis alteratricis, & formatricis consocietur, & partes illius materiae oxyzevis congregentur, crassae extra ad membranarum, quibus fœtus inuoluitur, generationem: tenuiores vero spiritus magis participes, intro ad partium primarum spermaticarum, ut venarum, arteriarum, nervorum, membranarum, ossium & cæterorum constitutionem.

54. Dum partes istæ adumbrantur, spiritus ille, quo repletur genitura ad caloris contemperationem, partium conseruationem & conformatiōnem, vim per arterias & venas umbilicales foris facit. Nam per arterias calidus spiritus foris exit, & frigidus à matrice cum tenui sanguine inspiratur. Per venas vero alimentum ex puriori sanguinis menstrui portione attractitur, quo partes aliae nutriuntur & augentur, aliae affuso sanguine inuestiuntur.

55. In hunc modum fœtus in utero alitur, & conservatur, quo usq; per os nutriti queat, & cum insita quadam facultate propellente quoq; utero in lucem procreatur & educitur.

56. Concepitus omnis secundum naturam in animalibus australiis aut fœminæ est, cui accedit per diuisionem materiæ, plurimum eodem tempore generatio, ac ex dispositione uteri superfœtatio. Sed præter naturam, ob materiæ necessitatē & facultatis formatricis imperfectionem, mola producitur, ac monstrum, vel ex diuersis naturæ partibus efformatum, vel cum partium accessu aut defectu.

57. Mas autem gignitur, quando principium mouens superat, & per caloris materiam immutantis & perfectè disponentis, copiam cum facultate illi propriâ, & organorum debita conformatione, potiorem formam conceptui imprimet. Huius defectu imperfectius naturæ opus, fœmina, necessitate finis, cum facultate illi propria, & membris facultati destinatis producitur.

Porrò

58. Porro cum de matre fætus in utero viuat, non solum
quali mater est sanitatem, talem in utero habet, sed etiam, si
sanguis maternus vitiosus fuerit, vitium in fætum transmit-
tit: deinde quam à partum gignentium dispositione labem se-
men accepit, in fætum quoq; deriuat. Vnde ut bonorum pa-
ternorum, ita & morborum hæredes nati fiunt.

59. Ad ouipara quod attinet in piscibus & auibus, quia men-
struorū secessio nulla est, quando excrementū utile ad vias con-
ceptus transfertur, sine congressu maris oua concipi possunt:
sed ea in auibus infæcunda sunt, & subuentanea dicuntur: In
piscibus, quæ imperfecta oua gignunt, ut fæcunda reddantur,
ac simul perficiantur, maris subsequentis semen requirunt. Si-
mul enim in his mas semen, & famina ouum gignit & emit-
tit, quorum neutrum seorsim fæcundum esse potest.

60. Sine genitali principio maris nulla animalis procrea-
tio fit, proinde in ijs, quæ ob naturæ siccitatem perfectum &
fæcundum ouum edunt, ut aves & quadrupedes nonnullæ, id
principium in ea parte à mare secernitur, qua ouum utero ad-
hærescit, nimirum in acumine, unde generationis initium.

61. In omnibus ouis generationi idoneis, præter faculta-
tem plasticam, duo reposita sunt, materia fætus & nutrimentum.
Materia est album, nutrimentum luteum. Quæ duo in
ouis perfectis, quæ ab extra non augentur, separata sunt. Sed
in imperfectis miscentur, & caloris ratione vitelli plus, mi-
nusè intelligitur.

62. Ex huiusmodi ouis, animalis procreatio fit: dum vel
parentum incubitu, vel loci apta dispositione, & calore, ouum
concoquente, facultas insita exuscitatur, ex albo, vel quod al-
bo correspondet, fætus adumbratur; ex luteo per vias umbili-
cales ad consimilem penè modum, ut in viuiparis, tantisper nu-
tritur & augetur, donec nutrimento absunto, & confirma-
tis debito robore partibus, per os nutriti queat, & tum demum
excluditur.

63. Viuipara d'yova intrasē perfectum quidem ouum gignunt, quod propter frigiditatem non excluditur, sed ex superiori parte à præcordijs in inferiorem ventrem transfertur, ex quo non aliter, quām iam dictum est, fætus absoluatur, & in lucem animal procreatur.

64. Insectorum generatio in pluribus aequiuoca est; quæ verò ex commixtione maris & fæmina procreantur, tripli velut generatione absoluuntur. Nam in his natura præ sua imperfectione maturans, vermiculum primò gignit, qui, ubi magnitudinis suæ finem acceperit, in ouï formam putamine obturescit, ac à motu cessat: Mox, velut ex ouo, tertia perfectum generatione, rupto putamine animal excluditur.

65. Quæverò terræ affixa sunt, ut plantæ, aut ex terra sponte oriuntur, aut ex partium à plantis resectarum transplantatione fiunt, nimirum radicis, stipitis, &c: quod propter instrumentorum paucitatem, partes ipsam, quibus plantæ facultatibus sunt prædictæ, aut ex semine procreantur: cuius gratia flores & fructus plantæ gignunt. Hæc ex semine productio propriè generatio vocatur.

66. Fit autem ista generatio, dum in terram velut in matricem semen projectum debitè fouetur, & facultas illi insita exuscitatur: ex illa seminis materia truncus primùm adumbratur, & non alter quām in fætus procreatione planta absoluatur. Nam qualis in fætu arteriarum & venarum in uterum insertio, talis, & eiusdem rei gratia, deorsum in plantis est radicatio: Deinde qualis venarum, arteriarum, & nervorum à tribus principijs, talis à trunko sursum vergente ramorum usq; ad extremas propagines exortus.

F I N I S.

99 A 6903

(Nr. 24
richt
aufgerichtet)

ULB Halle
002 636 220



(9)

V077

TA-OL

erit ad suffocationem

Operari certe

qui in hunc nubem committit videntur

Ex parte operis. etiam Tunc teneat.

notificari non in
universitate in unius
ipsius factum auctoritate
coegerunt estatim cum
loquuntur oblatione ut
magister pontificatus. s. m.
et pontifex universitas
intra. etiam cunctis
proceduntibus. etiam
etiam universitas. etiam
etiam pontificatus. Hoc
videtur iocante. s. m.
dicatur de auctoritate
m. s. m. etiam auctoritate
lum. s. m. etiam auctoritate
etiam. s. m. etiam auctoritate
etiam. s. m. etiam auctoritate
etiam. s. m. etiam auctoritate

Farbkarte #13

